

Johann Nicolaus Quistorp Theophilus Majus

## **Disputatio Theologica De Coenae Dominicae Eminentia**

Rostochii: Richelius, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73361566X>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Okt. 1689

Majus, Theophil.

*Quisloop, Johann N.*







Q. D. B. U.  
DISPUTATIO THEOLOGICA  
DE

# COENAE DOMINICAE EMINENTIA.

*Quam,*  
*Præviâ Censurâ Sum: Venerandæ Facultatis Theologicæ,*  
*In Inclytâ ad Varnum Academiâ*  
SUB PRÆSIDIO

VIRI MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI, & EXCELLENTISSIMI,  
DN. JOH. NICOLAI  
QVISTORPII,  
SS. Theol. Doct. Clarissimi, & ad D. Nicolai  
PAST. Meritissimi.  
DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS, ac PRO-  
MOTORIS sui, per ætatem, summâ cum observantiâ  
colendi.

In Auditorio Maximo,

D. Octob. Ao. 1689.  
publico Eruditorum Exâmini  
ventilandam submittet

*Auctor Respondens*

**THEOPHILUS MAJUS, Dantisc.**

ROSTOCHII, Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Sen. Typogr.

22

1689



11  
 WU  
 S. I.



Ultæ sunt periphraſes, & encomia, quibus Eminentiam Cœnæ Dominicæ Veteres repræſentare voluerunt: potiores ex *Bernhardo* & aliis recitat *Gerhard. Tom. V. Locor. Comm. de Cœnâ §. 10. ſc. Euchariftia medicina eſt agrotis, peregrinantibus via, debiles confortat, valentes delectat, langvorem ſanat, ſanitatẽ ſervat, ſic homo manſuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actiones devotior. Hic dimittuntur quotidiana peccata, expelluntur poteſtates Satana, dantur vires ad ipſum martyrium ſubeundum, minuitur in minimis peccatis ſenſus, in graviſſimis autem tollitur omninõ conſenſus, deniq; offeruntur omnia bona, quia homo communicans in id tranſit, quod ſumit. Sed mittimus illa, & modo breviter proponemus appellationes ex ſcripturis petitas, quæ ſat Eminentiam hujus Cœnæ I. *Quoad Nomina* comprobata dabunt,*

§. II. *Salutatur Cœna Menſa Domini, itemq; Calix Domini*: ut videre eſt 1. Cor. 10. v. 21. Reſpicit citato loco Paulus ad ultimam Chriſti Cœnam, ubi Dominus aſſidens menſæ Luc. 22. v. 21. accepit panem, & poculum, ac ſuis diſtribuit. Quâ menſâ autem Chriſtus uſus fuerit, lignea an lapidea, incertum eſt. *Chryſoſtomus Homil. LI. in Matt.* argenteam fuiſſe negat, nempe quia in communi diverſorio erat, ex quo & colligere licet, fuiſſe menſam communem non Altare. In diverſoriis enim non ſolebant ſacrificare, nec Chriſtus ſacrificabat. Sed propterea menſa lignea neceſſariõ non eſt adhibenda in adminiſtratione τῷ Δείπνῳ Κυριακῷ. Dicitur enim menſa per Metonym. pro cibo, & potũ, i. e. pane, & vino, itemqve corpore & ſanguine Domini, in hac Cœnâ Chriſtianiſ ad manducandum & bibendum appoſito.

§. III. *Sequitur Calix Domini, quem cum menſa copulat Apoſtolus c. I.* Quam certum autem, Chriſtum poculo uſum eſſe ex *Matt. 26. v. 27. Marc. 14. v. 23. Luc. 22. v. 17.* tam incertum iterum eſt, quæ ejus materia fuerit, & forma. *Baronius* quidem *ad A. C. 34. No. 63. Bedæ* innixus teſtimonio ex *Lib. de Locis Sacr.* calicem argenteũ fuiſſe, duas habentem anſulas, & ſextarii Gallici menſuram capientem. Sed fallit, & fallitur ejusmodi ſcriptoris innixus teſti-

A 2

monio,



monio, cuius facilitatem in credendis multis, quæ priora secula non crediderunt, admodum suspectam habent cordatiores: siquæ non alius, is certè liber, qui de Locis Sanctis est, fabularum plenus est, Vid. *Casaub. Excerpt. 16. adversus Baron. No. 183.* Videat autem Baronius, vel quisq; cum illo facit, quid respondendum putet *Chrysostramo*, qui Calicem Domini non *physicè*, sed *mysticè* pretiosum fuisse asseverat, atqve ex metallo nobiliore factum disertè negat supra c. l. Vid. plura apud *Voigtium in Diss. suâ Inaugurali de Calice, & mensâ Domini ac Daemon. S. 13.*

§. IV. Dicitur & κοινωνία τῆς σάρκατος & τῆς αἵματος τῆς Χριστοῦ 1. Cor. 10. v. 16. quia hoc percipientes Sacramentum participes reddimur corporis, & sanguinis Domini, atq; sic venimus in societatem Christi, & mutuam inter nos conjunctionem. Ex hoc fonte fluxit appellatio Communicationis, quæ adhuc hodie in usû est. Eleganter de illâ differit *Isidorus Pelusiota Lib. 1. Epist. 228. Divinorum Sacramentorum appellatio idcirco communicatio appellata est, quia nobis conjunctionem cum DEO conciliat, nosq; regni ipsius participes reddit.*

§. V. Salutatur & Coena Nov. Testamentum Luc. 22. v. 20. 1. Cor. 11. v. 25. *Causa Efficiens Testamenti semper est voluntas Testatoris*, ut multis probant JCTI; sic in hoc sacratissimo mysterio testator est Christus, ut in seqq. pluribus demonstrabimus: qui voluntatem suam paulò ante mortem verbis claris & perspicuis exposuit. *Heredis institutio Testamenti caput est, l. 1. ff. de hered. Instit.* Sic Christus discipulis, & omnibus credentibus suis velut hæredibus in hoc Testamento legavit pretiosissima bona, gratiam DEI, remissionem peccatorum, donationem Spiritûs S. & vitam æternam. *Testes Apostoli, Notarii Evangelistæ, & Paulus, sigillum corpus Christi in pane, sanguis in vino est.*

§. VI. Restat denominatio, quam nos in titulo apposuimus. Δείπνον s. Cœna dicta est, non ac si Christus suo exemplo vespertinum tempus præcisè in administratione illius observandum velit, sed quia antitypus erat typi sui, sc. agni Paschalis jam abrogandi, qui non nisi adveniente vesperâ Israëlitis ex divino iussu erat comedendus, Exod. 12. v. 6. Ideo quoq; Christus Cœnam hanc vespertino tempore substituit, adeoq; post Cœnam vulgarem & Agni Paschalis esum, ab ipso fuit instituta. Dicitur κυριακὴ s. *Dominica tum Originaliter, vel respectu Originis*: quia immediatè à Christo est instituta, de quâ in sqq. tum *Objectivè s. respectu Objecti*, quia verum Domini corpus & sanguinem offert, tum *Terminativè*, quia in commemorationem mortis Dominicæ celebratur, & deniq; quia diebus ut plurimum Dominicis in Ecclesiâ.

clesiâ Apostolicâ celebrari consuevit. Act. 20. v. 7. Vid. *Gerh. Tom. V. Locor. Comm. Loco de Cœnâ* §. 3. & *Quensted. Syst. Loc. de S. Cœnâ Sect. I. Th. 1. in Nott.*

§. VII. Occurrunt adhuc quidem aliæ appellationes in scriptoribus Ecclesiasticis, ut: (1.) *Εὐχαριστία* gratiarum actio, ut apud *Justin. Apolog. 2. pro Christianis*, & *Iren. Lib. IV. cap. 34.* Quæ fundata est 1. Cor. II. v. 26. (2.) *Συνάξις*, quia in publicis Ecclesiæ conventibus ordinariè hoc sacramentum administratur, Vid. *Dionys. in Hierarch. Ecclesiast. cap. 3.* Fundata est hæc appellatio 1. Cor. 10. v. 20. An & *ἀγάπη*, significatû hætenus vulgari, (*habito respectû ad Agapas Veterum*) dici possit, à nonnullis Viris Celeberrimis dubitatur. Vestigia  $\overline{\tau}$  *ἀγάπων* exstant 1. Cor. 10. v. 21. & cap. II. v. 20. 21. 22. Et in Epist. Judæ v. 12. fit horum expressa mentio: *Οὐτί ἐσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπλάγδεσ.* Vid. de agapis *Iren. Lib. IV. cap. 32. Tertull. in Apol. c. 39.* Hæc convivendi ratio demum improbata est, vid. *August. Epist. 64.* imo Conciliorum canonibus prohibita, vid. *Concil. Laodic. Can. 28. & Concil. Carthag. III. Canone 50.* S. Cœna a. nunquam improbata ab orthodoxis, nullibi prohibita. (3.) Salutatur & *λαειτουργία*, quam vocem vide Act. 13. v. 2. Rom. 15. v. 16. 2. Cor. 9. v. 12. Philip. 2. v. 25. quæ actio est s. ministerii Ecclesiastici publici pars non postrema. A *Justino Apol. 2. pro Christianis. Chrysost. Hom. 38. in Matt. Sc.* dicitur (4.) *Φρακοδέσπυτον μυστήριον*, tremendum mysterium, quæ appellatio tum omnibus Sacramentis, tum imprimis S. Cœnæ rectissimè tribuitur, cum mystica illa corporis, & sanguinis Christi in Cœnâ participatio superet omnem captum humanum. Apud non nullos usurpata legitur appellatio (5.) *Sacramenti Altaris*, quam *Luth. in Artic. Smalcald. part. 3. Artic. 6. & Catech.* retinuit. Quo nomine autem non stabilitur sacrificium papisticum, cum relatio non perpetua inter Altare & sacrificium, ut patet ex *Jos. 22. v. 26. 27. 28. & ex Herod. in Clio.* Vid. *Mentzeri Diss. I. de S. Domini Cœnâ Tom. II. Dissut. Giffens. §. 9.* Pluribus denominationibus nunc lubenter supersedemus. Quia plures desiderat, adeat *Cass. Suicerum Sac. Observ. cap. 4.* ubi eas ordine alphabetico considerat.

§. VIII. Cum vero Cœna Domini sit actio ex consensû Theologorum rectè sentientium; (Excusandus tamen omninò est *D. Luth.* qui populariter Cœnam Domini describit, quod sit verum corpus, & verus sanguis Domini nostri *J. C. sub pane & vino Sc.* Vid. *Inst. Cath. D. Conrad. Dieder. p. m. 839.*) Actio autem ab agente fit, hinc Autorem & Institutorem sacratissimi hujus Epuli dicimus immediate & ἀυτοπεσώ-

πως Dominum nostrum Jesum Christum, s. DEI filium *ἑνωστικόν*. (ex quo  
 II. Eminentia hujus Coenae elucefit.) Quod ex verbis Institutionis apud tres  
 Evangelistas Matt. 26. v. 26. Marc. 14. v. 22. Luc. 22. v. 19. & Paulum 1. Cor.  
 11. v. 23. firmiter colligimus. Rectè inquit Thomas: *Sacramentorum insti-*  
*itutio est excellentiae, potestatis, & majestatis divinae.* Omnia illa rectè dicun-  
 tur de Christo *ἑνωστικόν*. Ille enim est *κύριος κατ' ἐξουσίαν Dominus*  
*summus: Unus tantùm ille Dominus*, Marc. 12. v. 29 1. Cor. 8. v. 6. c. 12. v. 5.  
 Eph. 4. v. 5. *per quem omnia, & nos per ipsum.* Quod vix ipsi Sociniani po-  
 tuerunt negare, nisi illud Socini prius negaverint, quod habet in *refut. Bel-*  
*larm. & Wickii def. 4. Arg. II. p. 395.* Nomen *κύριος* nempe sine articulo ve-  
 rum & aeternum DEum significare. Licet verò id ipsum hîc quoquè valeat,  
 ut firmiter colligimus ex 1. Cor. 10. v. 21. (caret enim c. l. vox *κύριος* articu-  
 lo) tantùm tamen abest, ut hæc ratio movere nos possit ad interpretandũ de  
 summo DEO *κύριος* vocem, ut potiùs istam Socini oppidò fallam pronuncii-  
 emus, cum vox *κύριος* etiam *cum articulo* verum & summum DEum signi-  
 ficet, ut videre est, ex Matt. 2. v. 15. c. 5. v. 33. Marc. 5. v. 19. Act. 2. v. 25 Rom.  
 15. v. 11. Eph. 5. v. 10. 17. Cæterum firmiora adsunt argumenta, quæ efficiunt  
 Christum nostrum summum DEum esse. Pro ratione paginarum remitti-  
 mus B. L. ad *Pauli Tarnov. Lib. unum de S. S. Trinit. oppositum Fausti Socini*  
*refutatae*, p. 245. & p. 939. &c. Et Scherzerum in *Colleg. Anti-Socini. Edit. alt. p. 169.*

§. IX. Competit autem hoc nomen *κύριος* Christo Auctori hujus  
 Coenae essentialiter quidem secundùm divinam; *personaliter* verò secundùm  
 humanam naturam, cum quâ communicata verè & realiter divina atque in-  
 finita majestas & gloria est, & per hanc quoquè *πᾶσι ἐξουσία* s. jus sum-  
 mum, summa autoritas, ac potestas in res universas, *cum quæ in caelo, tum*  
*quæ in terrâ sunt* Matt. 28. v. 18. ita ut *omnia sint subiecta pedibus ejus*, 1. Cor.  
 15. v. 27. ipseque *constitutus caput uniuscujusque* ipsi Ecclesie Eph. 1. v. 22. longè  
 super omne imperium, ac potestatem, ac potentiam & dominium, omne-  
 que nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam futuro,  
 c. l. Et propter hanc potestatem, quam habet in Sacramentis instituendis,  
 ordinandisq; suo populo medijs salutis, ac destinando servis alimento, ejus-  
 que præcipiendo usu legitimo, placuit quoquè uti imprimis voce *κύριος* s.  
*Domini*, 1. Cor. 10. v. 21. & cap. 11. v. 23 de Salvatore nostro J. C.

§. X. Competit igitur institutio hujus S. Coenae Christo, Domino  
 nostro non tantùm secundùm divinam, sed etiam humanam naturam. In-  
 stituere enim Sacramenta Nov. Test. (ut rectè monet *Qvensted. in Syst. Theol.*  
 Loc.

Loc. de S. Cœnâ Sect. 1. Th. IV. in Nott.) est opus mediatorium pertinens ad officium Christi, quod Christo competit juxta utramq; naturam. Et ut eleganter Dorscheus in Confid. Declarat. de S. Cœnâ, dissert. 1. §. 35. p. 41. Nec non Danbaverus in Hodosoph. p. 135. observant, fuit is quidem tunc in statu, non tamen actû exinanitionis, sed Majestatis suæ splendorem luculentissimè exseruit.

§. XI. Quamvis autem in primâ S. Cœnæ dispensatione Christus etiam *Αγωνιστής* s. ministerialiter adfuerit, ut ex actis ipsis liquet, eam tamen hodie non amplius immediatè, sed mediatè per ministros Ecclesiæ exequitur, per quorum ministerium vi promissionis suæ efficax est, & quando illi panem benedictum & vinum benedictum distribuunt, tunc ipsemet simul in, cum, & sub pane benedicto, & vino corpus & sanguinem suum communicantibus distribuit. Quæstiones autem illas: An ministri ordinarii vires in publico loco privatus quispiam licitè subire, & vel Cœnam Domini solus administrare, vel administrantem juvare queat? denique: An privatus s. laicus, ut vocatur, in loco privato, & extra templum s. domi suæ, ubi ipse est pater familias, s. alibi, ubi publici ministri copia haberi non potest, Cœnam Domini alteri petenti licitè administrare queat? vide explanatas imprimis apud Tarnov. Lib. II. de S. S. Ministr. c. 29. p. 146. seqq. In negativam fermè omnes nostri Theologi descendunt.

§. XII. Tempus meritò institutæ Cœnæ notatur ab Evangelistis, & Paulo, nempe paulò ante mortem Christi, quod monet nos (III.) de gravitate, & eminentia hujus negotii. Moribundi enim non de rebus inanibus, & ludicris, sed maximè arduis, & necessariis disponere solent. Quamquam autem & noctu Christus Cœnam instituit, unde & nomen Cœna sumptum est, libera tamen temporis observatio, nequè ad essentiam vel substantiam cœlestis hujus Convivii pertinet. Interea visum est Ecclesiæ Christianæ pietati consentaneum, & devotioni, à jejuniis atquè sobriis Eucharistiam communiter celebrari, ubi vero casus aliquis necessitatis occurrerit, quovis tempore, ullo absque discrimine, celebrari rectè potest.

§. XIII. *Symbola & Elementa* tremendi hujus mysterii sunt panis & vinum, quod luculentissimè comprobant Institutionis verba. In illis enim affirmatur, Christum Salvatorem nostrum jucundissimum, præter cœlestem, (de quâ in subseqq.) in sacratissimi hujus Epuli institutione, terrenam pariter adhibuisse, dum sc. panem accepit, acceptum fregit, fructum discipulis suis dedit, dumquè pariter, poculo accepto, illum Apostolis, ut ex eo biberent omnes, porrexit. Per panem autem (ut cum D. Joh. Affelm. in disp. de Cœnâ Domini th. 22. seq. loquamur) tantùm verum frumentaceum panem, ex farinâ fru-

men-

mentacea, & aqua subactis, virtute ignis pistum, ad cibandum idoneum, & per vinum, verum & naturale vinum, quod genimen s. fructus vitis dicitur, Matt. 26. v. 29. Luc. 22. v. 18. intelligimus.

§. XIV. De *qualitate* quidem panis acerrimè olim inter Græcos & Latinos, quorum illi *fermentatum*, hi *azymum* propugnabant, disputatum fuit. Perniciosa illa ἀρτυροχία inter Græcas & Latinas Ecclesias tantâ olim contentione agitata, ut Latini Græcos nominarent fermentarios, & Græci Latinos vocarent azymitas, ut ex *Algero Monacho Corbiensi* refert *Historia Magd. Cent. XI. c. 3. de Hæres.* Argumenta ab ipsis adhibita pariter enarrantur in *Cent. XI. Magd. c. 8. Bellarminus Lib. IV. de Euchar. c. 7. Azymi adhibitionem* non erubuit dicere, *ipsius esse Christi institutum*, hæc in parte rigidiorum sese exhibens, quàm *Concil. illud Florent. sub Eugenio IV. & Innocentio III. celebratum*; quippe quod azymi adhibitionem *præceptum esse* asseruit *Ecclesiasticum, feriens anathemate secus sentientes aut facientes.* Sic & de vino solet disputari: *Utrum adhibitum fuerit à Christo in S. Eucharistia institutione?* cum Matthæus, Marcus & Lucas non nisi πίσις mentionem faciant, expressis verbis non indicantes, qualis in poculo liquor fuerit. Cæterum, cum verba, quæ Matthæus c. 26. v. 29. immediatè subjungit; Lucas autem c. 22. v. 18. immediatè præmittit institutioni Cœnæ Dominicæ, adspicimus: *Dico vobis, ὅτι ἂν μὴ πίω ἄπὸ τῆς γενήματ' τῆς ἀμπέλης, usq;* quò regnum DEI venerit, luculentum hinc habemus indicium, poculum discipulis porrectum non alio liquore, quàm vino fuisse repletum. Vid. pluribus hæc de re differentem *Dn. D. Brochman. in Syst. Theol. Tom. II. Artic. de Cœnâ Domini c. VIII. Sect. 3. p. m. 443.*

§. XV. Nos pro adiaphorâ habemus, utrum panis fermentatus, an azymus sit? an triticeus, an siligineus? Rectè g. respondit Episcopus quidam Græcus in *Concil. Florent. A. 1439. celebrato: de pane s. azymus s. fermentatus sit, Græci non curant, dummodo ex tritico constet.* Tom. IV. *Concil. fol. 464.* Pro adiaphorâ quoq; habemus, utrum rotundam, oblongam, quadratam, aut adhuc aliam habeat formam. Pàrimodo asserimus, nihil proprius interesse, s. vinum sit album s. rubrum, dummodo cautè observetur, ne receptæ consuetudinis innovatione infirmiores offendantur, Vid. *D. Job. Gerb. Tom. V. Locor. Theolog. Loco. de Cœnâ Domini c. VI. p. m. 29.*

§. XVI. Quia propter etiam *hostias orbiculares* in Ecclesiis nostris adhibemus, quia essentialem panis naturam habent, quippe ex aquâ & farinâ triticeâ pistæ. Et ad stipulamur verbis *D. Heinr. Höpfneri in Locis suis Theol. Loc. 25. §. 8. p. 390.* quod panis Eucharisticus se habeat *Organicè, non Analogicè.*

gicè. (Medium est quo corpus Christi dispensatur.) *Præterea panis usum in Cœnâ Dominicâ non esse naturalem, ut famem sedare debeat, sed ut sit sacramentalis non vicia corporis Christi.* Grande igitur à μὴ ὄντως est, naturam panis, & naturalem facultatem confundere cum mysterio sacramentali. Quemadmodum enim de communi pane, quando edimus in communi prandio, vel Cœnâ, rectè dici concedimus, quòd hominem alat & reficiat: ita constanter negamus, hunc finem & usum naturalem in S. Domini Cœnâ ex ipsius Christi institutione attendi. Nam discipuli Christi in primâ Cœnâ jam tum saturati erant ex usû agni paschalis, & peracto convivio, ante Cœnæ S. institutionem. Et D. Paulus 1. Cor. 11. v. 34. jubet, si quis esuriat, domi edere, quia nimirum, ut *Canon Nicæn.* loquitur: *In Cœnâ non multum panis, sed parum sumimus, quippe non ad saturitatem, sed ad sanctificationem.* Hieron. in 1. Cor. 11. *Sanctificatio, inquit etiam in pane consistit.* Hûc respicit *Irenæus Lib. IV. c. 34. contra Heres.* dicens: *Panem, quando percipit vocationem rei, jam non communem panem esse, sed Eucharisticum.* Et *Theodoretus* scribens: non mutari essentiam panis, sed gratiam ei apponi.

S. XVII. Et ab hâc receptâ adhibendi hostias orbiculares in administratione S. Cœnæ consuetudine ne latum quidem ungvem in gratiam Calvinianorum recedimus, licet inter illos quidam incusent naturam, quantitatem, formam externam, & efficaciam hostiarum apud nos receptorum. *Naturam*, cum hostias nostras verum esse panem negant, easq; *spumam panis*, panis nomine indignam, *Antichristi inventum, nebulas azymas, nebulas nummularas, chartaceas crustulas, farinacea folia, Siegelplâglein / Schaumz Brodt / Kleisterlein / Nebel / Rûchlein / Papier Rûchlein* appellant. *Ant. Prat. de Sacram. p. 23. § 33.* ait: *nos nummulariis his panibus non tam mortui Christi, quàm prodentis Judæ memoriam instituere.* *Quantitatem*, quòd sint parvuli: *Figuram*, quia sint orbiculares, & habent impressam crucifixi imaginem. Imprimis *Martinus* hostias imagine Christi signatas exagitat. *Efficaciam* deniqvè, quia sint inepti rotundi illi ac minutuli panes ad alimoniam, vid. *Buc. Instit. Theol. Loco 48. quæst. 21. p. 673. Paræum im Bedencken vom Brodt / und Brot Brechen p. 38. Bergium in disp. de Pane Euchar. Anatom. Marpurg. p. 10. 74. 145. Sc. Joh. von Münster in Cane latrante p. 56. 57. sq.* inter alia dicit: *Wenn jemand Kaysersl. Majestât für dem Adler eine Gans / dem Chur Fürsten zu Sachsen für den Rauten - Krantz einen Hofmarien - Krantz / dem Chur Fürsten zu Brandenburg für den Reichsstab einen Flegelstab / dem Landgraffen zu Hessen für dem Löwen einen Esel &c. als Ihro Kaysersl. Majestât / Chur. und Fürst. Durchl.*

B

p. G.

**6. G. Siegel darstellte/ was solten Sie dazu sagen? Sie würden nicht allein zörnen/ und keines weges für ihr Siegel annehmen; sondern auch nach Rach und Straffe gedencken. Wie vielmehr Christus/ welcher die Hostien für sein Siegel nicht erkennet/ und mehr ist/ als alle Käyser/ Könige/ Chur- und Fürsten &c.**

**S. XIIX.** Haberet tunc adversarius, unde gloria inani tumidus critas arroganter extolleret, si hostiæ nostræ non essent verus panis. At istis (1.) competit *materia* veri panis, farina sc. & aqua. (2.) *Forma*, debita sc. massæ hujus præparatio pervirtutem ignis, ut crassiori humore per externum calorem absumto consistant, masticari, inque corporis nutritionem cedere queant, in quibus consistit panis essentia, & definitio, Vid. *Tarnov. de SS. Ministr. Lib. 2. c. 30. quest. 3.* Et si hostiæ illæ non sunt verus panis, vera Ecclesia aliquot seculis non habuit veram Cœnam? Sed hoc absolum. Ab *Epiph. (qui vixit sub finem seculi IV.) in Ancorato, panis Eucharisticus σπογγώδης*, rotundus dicitur, vid. *Dorschei Exercit. ad diatyposin Conc. Nicæn. de Cœnâ Sect. 3. §. 42.* Expositor Ordinis Romani (quem Bernoldum Presbyterum Constantinensem esse in *Epist. Lyurgicis præmissâ suspicatur Georg. Cassander*) apud eundem *Cassandrum in Lyurgic. cap. 21. p. 600. Sc.* testatur, rotundos minutorisquæ formæ panes jam tempore *Gregorii M. (qui vixit circa A. C. 590.)* in usû fuisse, vocatosquæ illos *coronas*. Pro his placentulis rotundis, quæ ob id coronæ dicebantur, asserendis & seculo post *N. C. IV.* inferendis laborat (*cit. Qvensted. in Syst. Loc. de S. Domini Cœnâ Sect. II. quest. 4.*) *Job. Steph. Durantus de ritibus Ecclesiast. cap. 38.* Ast quo tempore panes isti minores orbiculares recepti, explicari accuratè vix potest, attestante *Qvenst. l. c.* Denique argumentamur: *Quæ per se adiaphora sunt, & erroris fundamentalis falsò insimulantur, ea retineri debent, ne cedendo falsa erroris suspitio in pertinacibus confirmetur, scandalum infirmis detur: Atque Hostiæ nostræ per se sunt adiaphora, &c.* Ratio hæc est: quia constat partim ex jure scripturæ, nullibi prohiberi, partim ex facto orthodoxæ Ecclesiæ, quæ eas liberè usurpavit. *E. Hostiæ nostræ retineri debent. Vid. Affelm. in μελετη μέγω Apostoli dicto 1. Cor. 10. v. 16. à p. 20. usq; ad 34. inclus. Gerb. Tom. V. Locor. Comm. Loco de Cœnâ c. VII. Scherzer. in Coll. Anti-Socin. disp. 13. de S. Cœnâ, Edit. alt. p. 975.*

**S. XIX.** Elementa hæc externa S. Cœnæ ob institutionem Christi & scripturæ testimonium nullatenus mutanda sunt, ut fecerunt suo tempore *Gnostici*, de quibus *Epiph. Lib. II. hæres. 26. Tom. II. p. 42.* horrenda commemorat, quæ, cum honestis hau digna sint auribus, lubentes reticemus. Nec non

non *Cataphryges*, qui funesta habuisse sacramenta perhibentur. Sanguine enim infantis anniculi, ejus de corpore toto minutis punctationibus extorso, farinam miscentes panem inde præpararunt. *Pepuriani* caseum cum pane in Eucharistiæ administratione conjunxerunt, teste *August. Lib. II. de Heres. hæres. 28. Ebionita, Taciani & Aquarii*, contra quos disputavit *Cyprian. Lib. II. Epist. 3. ad Cecil.* sobrietatis prætextu, solam aquam offerebant. Horum ex scholâ postea prodiere *Severiani*, qui à vino abstinere voluerunt, credentes: *de satanâ & terrâ germinasse vitem. Innocentius IIX. A. post. N. C. 1490. juxta Chronol. Calvisii, teste Volaterano* Norwegis, ut mysticum calicem ex mulso consecrarent, concessit. Probamus etiam assertum nostrum ex primâ institutione, *Matt. 26. v. 26, 27* quâ quod definitur, legitimum, quod substituitur, alienum est. Nec propter defectum alterius est unum tantum sine altero consecrandum, quia non esset perfectum Sacramentum. Vid. *Dn. D. Jacob. Martin. d. Rever. & Ineff. Myst. S. Cœnæ Domini: nec non D. Job. Adam. Scherz. in Syst. Theol. Loc. 15. d. Euchar. p. 381. seq. aliosq.*

§. XX. Non jam prolixè brevitatis studio expendimus: *Quare Christus hisce & non aliis Elementis usus fuerit?* quia rectissimè cum Dn. PRÆSIDE in Nott. MSS. ad Loc. XIV. de Cœnâ Domini §. 5. putamus, ad motam ejusmodi quæstionem responderi posse: *Quia DEO sic placuit. Sensum Domini quis cognovit? Via ejus impervestigabiles, & opera ejus mirabilia nimis.* Pf. 139. v. 13. Ef. 40. v. 13. Rom. II. v. 33. 34. Alia tamen si posceretur à nobis responsio, hanc daremus: (1.) *propter arctissimam unionem Christi.* Sicut enim Christus nihil quicquam propinquius, nihil magis unitum sibi habet, quàm ipsius carnem & sanguinem, quippe quæ personaliter sibi sunt unitæ. Sic & nobis nihil propinquius, nihilquè magis unitum, quàm cibus ac potus, qui intro assumptus substantiæ nostræ agglutinatur. Jam inter cibos eminet panis, & inter potus vinum. (2.) *propter convenientiam horum externorum Symbolorum s. Elementorum cum rebus cælestibus.* Scimus quidem ex 1. Cor. 10. v. 16. quòd non propter significationem, sed corporis & sanguinis Domini communicationem, panis & vinum usurpentur in S. Eucharistiâ; concinnæ tamen analogiæ (*modo non istiusmodi concipiatur opinio, ac si totum sacramentale officium in significando consistat*) haud rejiciendæ sunt. (3.) *propter commonefactionem.* Quemadmodum panis & vinum esurientibus grata sunt, sic & cordibus famelicis, corpus & sanguis Christi. Quemadmodum panis & vinum satiatis parum profunt, sic & spiritualementem famem non sentientibus corpus & sanguis Christi.

§. XXI. Sed mittimus materiam Terrenam Cœnæ Dominicæ sat a-  
B 2
struen-



fruentem ejus (IV) Eminēntiam, & potius illius cœlestem materiam considera-  
 bimus: Quæ est verum ac naturale corpus Christi humanum, illud, inquam,  
 corpus, quod ex Maria Virgine in personam filii DEI assumptum, (vid. Dn.  
 D. Conr. Dieder. Inst. Catb. Loco de Cœnâ Domini p. m. 869.) quod pro nobis  
 pependit in cruce, (D. Georg. Mœbius in Theol. Can. Loc. XX. de S. Cœnâ. Can.  
 168.) quodq; (sunt verba Dn. D. Egid. Strauch in Brev. suo Theol. Loc.  
 XVI. de Cœnâ def. CXXIII.) quoad substantiam præsens, cum pane consecrato,  
 in usû Sacramenti legitimo unitum est: Et verus naturalis sanguis, pro nobis  
 in ara crucis effusus, & similiter quoad substantiam præsens, & non nisi cum  
 vino consecrato, in usû sacramentali legitimo unitus: Hæc autem jam jam  
 dicta, tum invariata S. Cœnæ Matt. 26. v. 26. 28. Marc. 14. v. 22. 24. Luc. 22.  
 v. 19. tum & Paulina repetitio evidenter probat, 1. Cor. 11. v. 24. Quæ verba,  
 ut jacent & sonant,  $\alpha\gamma\theta\ \tau\ \rho\eta\ \tau\omega\ \nu$ , in sensû proprio, non figurato, & tropico  
 sunt accipiendâ.

§. XXII. Dicuntur autem corpus & sanguis Christi materia s. res  
 cœlestis Cœnæ Dominicæ, non quòd in cœlo tantum sint; (hoc si esset, quo-  
 modo in primâ Cœnâ Domini, quo tempore Salvator noster in cœlum non-  
 dum ascenderat, materia cœlestis dici potuisset? Imperfecta sanè nulliusque  
 utilitatis illa fuisset Cœna, quippe præcipuâ substantiali parte destituta.) sed  
 quia, cœlesti & ineffabili modo, in Sacramento Cœnæ præsentia exhibeantur.

§. XXIII. Recensita hæc cœlestis materia unita est cum terrenâ, non  
 per quandam  $\mu\epsilon\tau\omega\sigma\iota\alpha\upsilon$  s. transsubstantiationem: sic mutaretur panis in cor-  
 pus Christi, &c. non per  $\sigma\upsilon\omega\sigma\iota\alpha\upsilon$  s. consubstantiationem. sic commixtio  
 substantiarum fieret; non per  $\epsilon\upsilon\omega\sigma\iota\alpha\upsilon$  s. inexistēntiam: Aliàs parvum quod-  
 dam corpusculum in pane delitesceret; sed per  $\pi\alpha\rho\upsilon\sigma\iota\alpha\upsilon$  s. præsentiam & u-  
 nionem sacramentalem.

§. XXIV. Unio hæc sacramentalis est divina virtutis operatio, quâ  
 due diverse res, nempe terrena & cœlestis, b. e. panis & vinum, corpus & san-  
 guis Christi conjunguntur, vi & efficaciâ verborum dispositivorum Christi fa-  
 cta, ut per os, simultaneâ manducatione, Domini corpus cum pane, & simultaneâ  
 bibitione, sanguis cum vino consecrato sumatur vid. D. Leonh. Hutteri Comp.  
 Loc. Theol. de Cœnâ Domini qst. 16. p. m. 251. nec non B. D. Höpfner. in Isago-  
 ge ad Cœnæ salut. usum. Part. I. p. 85. Cui & adjungimus D. Koning. in Theol.  
 Posit-Acroam. de Sacram. Cœnæ. §. 816. p. 247. Quæ a. præsentia corporis & san-  
 guinis Christi (ut cū pl. Rev. Dn. D. Sam. Schelg vigio, meo, ante aliquod temporis  
 spatium, Præceptore ad cineres usq; venerando, loquar, ex Notr. MSS. ad Comp.  
 Theol. D. Hutteri Loc XIV. de Cœnâ Domini §. 5.) non initio, nec medio, nec fini  
 actio.

actionis Sacramentalis; sed toti actioni, prouti à Christo instituta est, i. e. Consecrationi, distributioni, & acceptioni simul sumtis alligatur.

§. XXV. Hic jam probè observanda est distinctio inter *Unionem Naturalem, Personalem, & Sacramentalem*. Nam, quod corpus Christi non sit absq; sanguine, nec sanguis sine corpore, pertinet ad *unionem naturalem* corporis & animæ, quæ facta testata est in S. Cænâ. Quòd tota persona, totus Christus, *ἡ αὐτοῦ πρῶτον* præsens sit ubicunq;e, pertinet ad *unionem personalem*, quæ itidem inviolata manet in S. Eucharistiâ. Quòd a. corpus Christi solùm & non sanguis exhibeatur & accipiatur sub pane Eucharistico, it. sanguis solus, & non corpus exhibeatur & accipiatur cum vino Eucharistico, pertinet ad *unionem sacramentalem*.

§. XXVI. Confirmationem *Unionis sacramentalis* suppeditant verba institutionis ex Matt. 26. v. 26. seqq. Marc. 14. v. 22. 23. Luc. 22. v. 19. 20. & Paul. 1. Cor. 11. v. 24. 25. Quæ verba D. Balth. Mentzerus *disst. de Cænâ Domini §. 60.* dicit, satis evidenter describere Objectum manducationis sacramentalis in Cænâ, quòd sc. corpus & sanguis non *τυπικῶς ἢ συμβολικῶς, neq; ἐπισημητικῶς tantum, sed ἀληθῶς, & ὑπὸ αὐτοῦ πρῶτον* præsens sit, & ab accedentibus ad S. Synaxin ore corporis accipiatur, licet ratio & modus præsentiaæ substantialis, ac realis sit *ἡ ἐξουθενήτης, & ἀνεκδήγητης*. Particula autem demonstrativa *τῷ* i. e. *Hoc*, non immediatè & duntaxat corpus Christi, (juxta Carlstadii deliberationem, ) neq; solum panem à Christi corpore separatum (juxta plerorumq; Calvini vestigiis insistentium) denotat. Rationem etiam adducimus: quia, si per hanc particulam demonstrativam immediatè corpus Christi denotaretur, identica esset & tautologica enunciatio: *Corpus est corpus*; si designaretur solus panis, commentum de transsubstantiatione factum testum servare Papistæ ulterius non possent, foret tunc enunciatio *disparati de disparato*, non firmans, sed potiùs exstirpans radicem transsubstantiationis figmentum. Vid. Calvinianorum hâc de particulâ *τῷ*, varias objectiones, earumq;e solidas refutationes apud D. Henr. Ekhard. in *Fasc. Controvers. Theol. Cap. 20. de Euch. S. quest. 10. p. m. 515. seqq.*

§. XXVII. Cùm ergo nec corpus Christi immediatè & seorsim, neq; panis seorsim voce *θεουλογικῶς* designetur, affirmandum hinc est, quod hæc vox *per se & primò* panem sanctificatum; *per & propter unionem autem sacramentalem* ipsum etiam Christi corpus ostendat, tanquam principale in hujus propositionis prædicato: *Hoc est corpus meum*, cui distribuendo ac manducando panis tanquam medium inservit. Paucis: Particula *τῷ* totum complexum more loquendi usitatissimo indicat. §. XXXIX.

§. XXIX. Longè alia certè ratio est vocis hujus *θεωλονη*, adhibita ad seorsim res singulas considerandum: Vicissim & longè alia ratio est, si vox illa de rebus unitis usurpatur. Posteriori enim modo utramq; rem unitam simul comprehendit; (Grammaticè dicitur Synecdoche s. comprehensio) & propter unionem loquitur tanquam de re unâ in singulari. Quod assertum nostrum exemplo ex Sacris illustramus, e. g. Quando Johannes videbat columbam è caelo descendentem, cum baptizaret Christum, Luc. 3. v. 22. Joh. 1. v. 32. rectè poterat talem formare enunciationem: *Hoc est Spiritus S.* Nemo enim sanâ ratione præditus, ac pollens hanc propositionem affirmabit resolvendam esse ita: *Sola columba est Spiritus S.* vel etiam: *Columba & Spiritus S. sunt Spiritus.* Nemo uti diximus, id affirmabit, quia per unionem τῶν totum complexum tanquam rem unam comprehendit, & in prædicato principale exprimit.

§. XXIX. Absit autem ut statuamus, concedendam non esse verbis Coenæ genuinam proprietatem! Absit ut putemus tropum inesse istis verbis! Certè propriam & literalem interpretationem Evangelistarum omnium & D. Pauli unanimis consensus approbat. Matthæus, utpote qui præsens adfuit institutioni, primùm ea verba sine tropo literis consignavit, quem secuti reliqui, vel additis quibusdam vel transpositis vocabulis, literalem sensum tam declararunt, quam & confirmarunt. Quod factum non fuisse credimus, si latitantem in verbis Coenæ tropum animadvertissent, cum nempe Paulus publicè profiteri non dubitaverit: *Nihil subterfugisse, quò minus annunciasset nobis πᾶσαν τὴν βέλην τοῦ θεοῦ*, i. e. omne consilium DEI. Præterea hoc addimus, quod illa verba, ex quibus articulus fidei fundamentalis venit explicandus, ceu è normâ ac sede propria, sint propriè, semotoq; omni tropo intelligenda, (licet Schlichtingius contra D. Meisner. de Trin. fol. 703. hoc assertum impudenti effutire ore nullum sibi duxerit esse dedecus: *Imprudens est, inquit, qui credit, omnes articulos ubiq; verbis propriis esse conceptos*) nisi imprudenter quis credere vellet, fidem nisi opinionibus humanis, nec non, Theologiam Allegoricam esse argumentativam. Apparere quidem largimur, consideratis Matt. Marc. Luc. & Pauli dictis, *quandam varietatem Verbalem*; nullatenus vero *Realem*. Ratio hæc est: Matthæus enim & Marcus usi sunt Idiotismo Græco; Lucas verò & Paulus Idiotismo Hebræo, sc. Enallage Hebr. Vid. Exod. 24. v. 8. & Conf. Heb. 9. v. 20.

§. XXX. Deniq; *nulla necessitas (sunt verba D. Qvensted. Syst. Theol. Part. IV. p. 79. de Cæna Domni) hic tropum cogit, summa contra necessitas eundem excludit.* Sunt enim verba *θεωλονη*, definitiva, *διὰ τὴν ἀπο-*

67

*dispositiva, Ad donum exhibitiva, Ad finem ordinativa, Et quidem testamentaria, à Testatore in extremo vita tempore prolata. E. proprie Et sine reproporum involucris accipienda. Imo etiam fundamenti loco semper sunt adducenda, præprimis cum non verisimile sit, (ut habet D. Joh. Winckelm. de Actione Euchar. c. 2. §. 7.) testatorem moribundum in re tam seriâ ludere, aut per enigmata agere, aut heredibus μηλον ερειδωσθαι obijcere voluisse. Hanc ob causam Paulus Gal. 3. v. 15. scripsit, quòd testamentum hominis, testatoris morte confirmatum, εδεις αφεσαι ην ητοιμασθησεται, i. e. nemo spernat, vel ei quid super addat, Sanè, ut D. Kromayerus in Theol. Canon. Part. sc. II. Theol. Posit. Polem. p. m. 364. dicit:*

*Litera non fallit, multos speciosa fefellit*

*Glossa, DEI verbo nitere, tutus eris.*

*Vel:*

*Sit bonus interpret, nunquam mala verba nocebunt:*

*Sit malus interpret, nunquam bona verba juvabunt.*

§. XXXI. Nequaquam hæc in parte cum sacramentariis facimus, quibus rem nullius momenti esse, de verbis Testamenti disquirere, affirmat D. Fried. Balduinus in *disp. de verbis Test. J.C. th. 6.* adducendo testimonium Lutheri in *Confess. Min. de Tigurinis*, quod scripserint: *Controversiam de Cœnâ Domini non pertinere ad articulos fidei.* Imo, ut Dn. D. Quistorp. in *Decade Dissut. disp. 9. th. 12. dicit*, asserere non erubescunt: *Mann sey im Punkte te vom H. Abendmahl soweit nicht von einander/als viele Leute meinen. It. der Unterscheid der Calvinisten und Luthers Lehre vom H. Abendmahl betreffe nicht den Grund der Seeligkeit/sondern nur das Zeichen/das uns auff den Grund der Seeligkeit weisen soll.* Vid. *Den ausführlichen Bericht/was die Reformirten Kirchen glauben/cap. 4. §. 2. fol. 73. & 76.*

§. XXXII. Ex his autem, quæ hæcenus sunt dicta, Cœnæ Dominicæ summam Eminentiam, singularitatemq; dignitatem hunc in modum probamus: *In quâ Cœnâ non terrenus tantum cibus, ac potus apponitur, sed In, Cum, & Sub pane, nec non In, Cum, & Sub vino, substantiale Christi corpus, sanguisq; ejus substantialis, modo quidem impervestigabili, soli autem DEO cognito, ore corporis accipi potest, illius sanè summa est Eminentia, singularisq; dignitas.*

Atqui *In Cœnâ Dominica non terrenus &c. E. ejus summa Eminentia, &c.* Major probatione non indigebit. Quis enim cibus, quisve potus, licet magnâ pecuniæ solutione comparatus, corpore & sanguine τὸ λόγος ὑπερβαίνει erit præstantior. Cibus terrenus corpus solummodo alit; hic ve-

XXXI

ed

rd salutiferum animæ suppeditat nutrimentum. *Minoris fundamentum factis firmum in præcedentibus, (ut putamus,) indicatum erit.*

§. XXXIII. Dum verò in formato argumento Particularum IN, CUM & SUB fit mentio, sciendum est, quòd haud invita quidem fateamur, Christum hisce vocibus non esse usum; quare tamen nos illas retineamus, causa hæc fit: quia illarum usurpatio adversariorum errores veritatis schemate involutos detegit, & Scripturæ S. analogæ est. Nam sic propositio exstans Joh. i. v. 14. *Verbum caro factum est*, resolvitur 1. Tim. 3. v. 16. ita: *DEUS manifestatus est IN Carne*. Parallelum addimus locum ex Rom 9. v. 5. *Christus est DEUS, qui* resolvitur 2. Cor. 5. v. 19. hæc ratione: DEUS erat IN Christo. Pariter etiam secundùm propositiones personales resolvendæ sunt sacramentales, servatâ tamen unionis differentiâ, v. g. Homo est DEUS *unione personali* *ἡνωσε πικῶς*; panis est corpus *unione sacramentali* *ἡνωσε πικῶς*. Vide plura de his particulis apud *D. Henr. Ekhard. Fasc. Controvers. Theol. c. 20. Quæst. 22. p. m. 561. seqq.*

§. XXXIV. Hæ particulae præterea, (uti & huic nostræ sententiæ præter alios plures *D. Barthold. Krukewitz Decad. 1. Disp. Theol. disp. 9. de Cænâ th. 21. 23.* assentitur) non localem ἐννοσίαν aut σὺννοσίαν designant, sed testimonium saltem præbent: (1.) panem & vinum in Eucharistiâ non esse signa ἀπλῶς σημεῖα, sed *περὶ φερόμενα*. (2.) Assertum transsubstantiationis purum putum esse figmentum papisticum nullius planè valoris. Minus igitur candidè obijciunt Calvinisequæ, ac si nostrates verba institutionis minime attendant, & *σὺννοσίαν* s. coexistentiam corporis & sanguinis Domini statuunt. *Musculi p. 768. 799.* ratiocinium olim hoc fuit: *Quod est in, cum, & sub alio, non est illud ipsum, in quo, cum quo, & sub quo est. Atq. Corpus Christi (secundùm Luteranorum sententiam) est in, cum, & sub pane. E. Corpus Christi non rectè in, cum, & sub pane dicitur esse.* Cujus autem Argumenti *Major* literis S. prorsus esse contrariam, qui perlegerit paulò superius à nobis allata, facile animadvertet. Addimus tamen ex abundanti hoc exemplum: In DEO utiq; est omnipotentia, & tamen DEUS est ipsa omnipotentia. Et rectè scribit *D. Major in tract. περὶ τῶν ἡγῶν tit. 3. c. I. thes. 17. τῶν ἡγῶν* nihil derogat synonymia Grammatica, paraphrasis oratoria, equipollentia logica, & interpretatio Theologica, quæ aliis eandem rem verbis exprimit. *Gerhardus Tom. V. Loc. Comm. Loco de Cænâ §. 96. inquit: Concedatur nobis vera, realis, & substantialis corporis & sanguinis Christi in S. Cænâ presentia; concedatur, verba Christi & ἡγῶν in genuino, nativo, & proprio sensu accipienda esse, ac de usû harum particularum facillè cum illis transigemus.*

§. XXXV.

68  
§. XXXV. Sententia itaqvè orthodoxa de corporis, & sanguinis Christi verà ac reali præsentia in Coenâ Dominicâ, immobilis manet, quam Adversariorum odium, quamq; Satanæ furor non tollent. Nos tutò ac iustè summam ex illâ Coenâ Dominicâ Eminentiam & Dignitatem demonstramus. Hanc certè Pontificii, pariter ac Reformati debito modo non agnoscunt. Illi dum contra literalem verborum Christi Testatoris omnium veracissimi sensum, defendunt transubstantiationem: Hi dum negant, unà cum pane, & vino tanquam symbolis ad hunc actum sacratissimum ab ipso Salvatore destinatis, corpus & sanguinem Domini in coenâ administratione sumi.

§. XXXVI. Liceat nobis hâc vice inverso procedere ordine, & agere primò de Calvinianis. Horum quidem versutiores ægrè ferunt, simulantq; se gravi de causâ ad justam commoveri iram, si dicantur, Coenam corpore & sanguine Christi vacuam habere. Vel: quod signa mysteriorum, panem sc. & vinum corpore & sanguine Christi vacua ponant. Vid. *D. Chemnit. in Loc. Theol. Part. III. f. 198. B.* Sed meras esse præstigias, asserta illorum sufficienter comprobant. Apponimus hîc iudicium *B. Dn. D. Adam. Scherzeri, in Syst. Theol. Loco 15. de Eucharistiâ §. 9.* quòd rectè argui possint Calviniani, illos neq; in cælo, neq; in terrâ, adeoq; nullibi celebrare Coenam Domini. *In Cælo enim non sunt; in terrâ a. corpus Christi juxta eosdem non est.*

§. XXXVII. Et quomodo, quæso, orthodoxæ sententiæ nostræ consentire possunt, cum jubeantur à Doctoribus suis, elevare tantum animam fide in cælum, & ibi apprehendere Christi corpus. *Piscator docet fol. 2. diss. 16, corpus Christi non adesse, sed figurari & representari.* Manifestior a. illorum dissensus patefcet, adductâ unâ atq; alterâ objectione primariâ, quas objicere nobis solent. Quærunť ex nobis: An non contradictoriam foveamus sententiam, quando Apostolos verum & essentielle corpus Christi commedisse asserimus? statueretur enim: *Corpus Christi simul fuisse visibile & invisibile.* Sed meritò hæc ipsis redditur responsio: Nihil minus esse quam contradictoriam hanc nostram sententiam. In pane *divinũ* fuit visibile, & sic actũ invisibile: In mensâ fuit actũ visibile, actũ tamen non semper fuit visibile, aut hoc ex Joh. 8. v. 59. & aliis locis ad oculum patet.

§. XXXIIX. Objiciunt porrò hæc præprimis scripturæ loca, np. Marc. 14. v. 7. *Me non semper habetis.* Joh. 16. v. 28. *Relinquo mundum.* Ast his & similibus dictis localis tantum, naturalis, & visibilis corporis Christi præsentia tollitur; neutiqvam verò *vel personalis, l. gratiosa, l. sacramentalis.* Certus tantummodo aliquis præsentia modus, non simul verò omnis simpliciter Christi in terris præsentia excluditur. C

§. XXXIX.

§. XXXIX. Primarium autem ipforum est argumentum, desumptum ab ascensione Christi in Cœlum, hoc præprimis fundamento: quod sic Christus non possit ulterius in terris præsens esse, cum corpus ejus humanum ad dextram DEI Patris sit collocatum. Verùm hoc ipforum argumentum decidi, nondumq; ut putant, Gordianum, hæc solvi posse responsione non dubitamus: Quia Christus ascendit in cœlum, eò magis corpore suo sanctissimo præsens esse potest. Hoc enim modo plenarium communicatæ Majestatis (secundum humanam naturam) exercitium consecutus est. Imò cœlum non est ultimus terminus, in quo sedem suam Christus occupat, sed dextra DEI, in quâ omnia implet, sibiq; omnia à DEO Patre subjecta habet. Sic non duntaxat ἐν τοῖς ἐπουρανίοις potenter & præsender, regnat, sed quoq; his in terris in medio inimicorum. Ps. no. à mari usq; ad mare regimen exercet, Ps. 72. v. 9. quia dextra DEI ubiq; est, quam D. Luth. in Lib. contra cœlestes Prophetas, describit, quòd nihil aliud sit, nisi ipsa omnipotentia ac Majestas divine gloria. Distingvimus etiam inter modos τῶ ἐπουρανίου, quorum tres sunt: I. *Physicus*, s. *circumscriptivus*. II. *Definitivus*. III. *Illocalis, Repletivus, omnisq; exclusionis atq; expansionis expertus*. Primus corporibus naturalibus, Alter Angelis & animabus: Ultimus verò soli DEO competit. Et sic quoq; Christo competit, quo totaliter simul in omnibus locis est, omnia loca replet, à quibus tamen non mensuratur, aut comprehenditur: Vid. D. Albert. Grauerum in Prælect. suis Academ. in A. C. p. 1030. seqq. Hinc rectè dicitur, quòd Christi corpus in Cœnâ Dominicâ, non *relativè* per modum typi, figuræ &c. Non *Objectivè* per apprehensionem, secundum quam amicus amico præsens est, quando de illo cogitat: non *Effectivè* s. *virtualiter* per operationem, ut sol terræ præsens est; sed *Substantialiter* ac verè præsens sit, & ab omnibus communicantibus ore corporis percipiatur.

§. XL. Quemadmodum jam Calviniani non exhibent tantam Cœnæ Dominicæ dignitatem, quantam omnino exigunt verba institutionis, respectu sc. materiæ cœlestis: sic pariter & Pontificii Eminentiam Cœnæ singularem haud æstimant, dum *transsubstantiationem* perseveranter defendunt, (cujus dogmatis initium factum Autore Innocent. III. circa A. C. 1215. in Concilio Loteraniensi. Et ut Sacrosanctum reputaretur, additum fuit Anathema in Concil. Trid. Sess. 13. c. 2.) sicq; Christo scientes volentes repugnant.

§. XLI. Ne autem videamur injuriam facere adversæ parti, tale extruimus argumentum: Quod istiusmodi dogma defendunt in Artic. de Cœnâ, quod (1.) Literis S. (2.) Analogia fidei contrariatur, (3.) Naturam rei everte (4.) contradictiones admittit, (5.) multa absurda confirmat, (6.) Superstitionum,

64

tionum, errorumq; haud levium Principium existit, illi S. Coenae singularē Eminentiam atq; dignitatem debito modo non estimant. Atq; hoc Pontificii faciunt. E. Major per se patet. Minoris autem probationem quoad singula membra damus. Quòd igitur, (1.) dogma hoc Papisticum *sacris contrarietur literis*, verba institutionis lecturientem docebunt. Et quomodo, quæso, panis dici posset *reivvria* corporis Christi, 1. Cor. 10. v. 16. si panis esset corpus Christi per transubstantiationem? Quòd (2.) *contrarietur Analogia fidei*, nemo negabit. Omne enim Sacramentum constat verbo & externo elemento, cujus nomine sola accidentia nullatenus veniunt. Jam verò apud Pontificios propter ipsorum dogma nullum Coena Dominica elementum habet. Quòd (3.) *Naturam rei evertat* colligere exinde quilibet facile potest, quia tam panis quam vini substantia, secundum illorum dogma, interit, remanentibus sine subjecto accidentibus, quin etiam natura corporis, & sanguinis Dominici evertitur, dum non absq; summo peccato asserunt, in S. Coenâ fieri ex Materiâ terrenâ per essentialē conversionem corpus Christi, quod tamen, ut res cœlestis actû ante fuit, & operante Spiritu S. jam ante 1689. annos (juxta vulgarem & receptum calculum.) ex Mariâ Virgine natum est. Quòd (4.) *contradictiones admittat*, necesse est, ut statuant adversarii. Nam primò dicunt, panem transformari verè in corpus Christi; & deinceps tamen statuunt, adesse adhuc panis accidentia. Cùm certè *accidentium natura sit inesse subjecto*. Evolvi potest *Liber Wilhelmi Holderi*, cui hic præfixus legitur titulus: MUS EXENTERATUS, ubi plures inveniuntur contradictiones ex transubstantiationis propugnatione fluentes. Quòd (5.) *multa absurda confirmet*, constat. Admisso enim transubstantiationis figmento, verba Christi cum verbis Pauli 1. Cor. 10. v. 16. conciliari non possunt: sic quoque perit unio sacramentalis. Imò, Christo duo esse corpora, unam ex Mariâ assumptum, alterum ex pane formatum, hæc ratione foret statuendum. Nonne hæc absurda Theologica? Porro, sic accidentia proprietates substantiales haberent, & sine subjecto per se subsistere possent. En absurdum Philosophicum! Quòd denique (6.) *superstitionum errorumq; haud levium existat Principium*, experientia satis superque probat. Nam scimus ex hoc dogmate, ceû radice malâ, progerminasse *ὑπερλατρίαν*. Scimus quòd illud prima sit causâ repositionis, nec non circumgestationis hostiæ consecratæ &c. &c.

§. XLII. Hoc tamen transubstantiationis commentum fulciri feliciter posse Bellarminus exinde putavit: *quia corpus Christi non sit in pane ut in vase, aut in loco, sed substantia sub accidentibus*. Sed putavit quidem Bellar-



Bellarminus, non verò fulcire firmiter transubstantiationem potuit. Quamvis enim Christi corpus non sit in pane, ut in vase, aut in loco, non tamen hinc istiusmodi, sequela est petenda: E. sub nudis accidentibus panis. Tunc valeret Bellarmini argumentum, si *Tertium* dare non possemus, nempe *aut panis sacramentaliter corpus Christi unitum est*: cujus unionis respectu natura panis & corporis integra manet. Nequaquam (juxta adversariorum insipidum, quidni & dicere possem impudens judicium?) Calvinianorum in partes trahimur, licet nostratum sit sententia: Corpus Christi *in, cum & sub* pane communicari, quia hæc sententia tantum indicare vult, panem esse externum *symbolum* ac *vehiculum*, cum quo res coelestis substantialiter præsens exhibetur, & manducetur. Anne hoc in passu Calviniani nobiscum sic consentiunt? Quis sanus affirmabit? Horum constans est assertum, panem esse *σημαῖον ἀπὸ τοῦ σωματικῶν*, i. e. signum simpliciter s. purè significans: corpus Christi tantum fide in cœlum usque elatà esse percipiendum. Nullatenus sic Orthodoxi loquuntur, imo etiam, ut speramus, ad extremum usque vitæ nostræ halitum, assistente Altissimi gratiâ, nunquam dicemus. Concedimus quidem formulam Veteribus fuisse usitatissimam: *Panis est corpus Christi*; sed hæc Enunciatio sacramentaliter est intelligenda, quòd sc. panis sit *ὄργανον μετέδοχῶν*, quo corpus Christi communicantes accipiunt.


§. XLIII. Verùm præcipua illorum argumenta fusiùs pensare, propositum nobis brevitatis studium permittere non videtur. Quare finem hic facimus, devotissima, ardentissimaquè ad cœlum mittentes suspiria; velit Numen supremum in veram nos ulterius deducere semitam, & ab omni hæresum veneno salvos conservare,

Interea :

Gloria sit Patri, sit Nato gloria, Sancto  
Gloria Spiritui, Triadi sit gloria Sanctæ,  
Amen.











tionum, errorumq; haud leuium Principium ex  
 Eminentiam atq; dignitatem debito modo non as  
 faciunt. E. Major per se patet. Minoris autem  
 la membra damus. Qvòd igitur, (1.) dogma  
 erarietur literis, verba institutionis lecturientem  
 qvæso, panis dici posset *genus* corporis Christi  
 corpus Christi per transubstantiationem? Qvòd  
 fidei, nemo negabit. Omne enim Sacramentum  
 elemento, cuius nomine sola accidentia nullatenus  
 pud Pontificios propter ipsorum dogma nullum  
 tum habet. Qvòd (3.) *Naturam rei evertat* coll  
 potest, qvia tam panis qvàm vini substantia, secun  
 rit, remanentibus sine subjecto accidentibus, qv  
 sanguinis Domini evertitur, dum non absq; fun  
 Cœnâ fieri ex Materiâ terrenâ per essentialem con  
 quod tamen, ut res coelestis actû ante fuit, & op  
 1689. annos (juxta vulgarem & receptum calcul  
 tum est. Qvòd (4.) *contradictiones admittat*, n  
 sarii. Nam primò dicunt, panem transformari  
 deinceps tamen statuunt, adesse adhuc panis acci  
 dentium natura sit inesse subjecto. Evolvi potest  
 hic præfixus legitur titulus: MUS EXENTERA  
 tur contradictiones ex transubstantiationis prop  
 (5.) *multa absurda confirmet*, constat. Admisso  
 figmento, verba Christi cum verbis Pauli 1. Cor. 10.  
 sunt: sic qvovè perit unio sacramentalis. Imò  
 unam ex Mariâ assumptum, alterum ex pane for  
 statuendum. Nonne hæc absurda Theologica  
 prietates substantiales haberent, & sine subjecto  
 En absurdum Philosophicum! Qvòd deniqvè (6.)  
 haud leuium existat Principium, experientia sati  
 scimus ex hoc dogmate, ceû radice malâ, pro  
 Scimus qvòd illud prima sit causa repositionis,  
 hostiæ consecratæ &c. &c.

§. XLII. Hoc tamen transubstantiationem  
 liciter posse Bellarminus exinde putavit: *quia con  
 ut in vase, aut in loco, sed substantia sub accidentibus*

64  
 singulari  
 Pontificii  
 voad singu  
 sacris con  
 qvomodo,  
 panis esset  
 Analogia  
 & externo  
 am verò a  
 ca elemen  
 ilibet facilè  
 dogma, inte  
 corporis, &  
 serunt, in S.  
 pus Christi,  
 S. jam ante  
 Virgine na  
 aant adver  
 Christi; &  
 certè acci  
 Holderi, cui  
 s invenian  
 tes. Qvòd  
 antiationis  
 ri non pos  
 le corpora  
 tione foret  
 dentia pro  
 re possent.  
 errorumq;  
 at. Nam  
 αλατρίαι.  
 gestationis  
 fulciri fe  
 sit in pane  
 vit qvidem  
 Bellar-

